



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Johannis Sleidani De Quatuor Summis Imperiis Libri Tres

Sleidanus, Johannes

Frankfurt a.M., 1683

Per-Illustri, & Antiquissimæ Prosapiæ Celsitudine Generosissimo Domino,
Dn. Henrico, Liberobaronia Friesen/ in Röthau/ Schönfeldt/ Pützkau/
Graupa & Jessen &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65507)



*Per-Illustri, & Antiquissima Prosapia
Celsitudine Generosissimo*

DOMINO,

**DN. HENRICO,
LIBERO BARONIA**

Friesen / in Rōthau / Schönfeldt /

Püßkau / Graupa &

Tessen &c.

HEREDITARIO DOMINO

SERENISSIMO AC PO-

TENTISSIMO ELECT. SAXO-

NÆ A CONSILIIIS INTIMIS

EMINENTISSIMO

&c. &c.

DOMINO PER QVAM

GRATIOSO,

Salutem à Dno. JESU & omnige-
næ felicitatis Splendo-


rem.

A 2

Ci.



Ivilem pariter atque Ecclesiasticam Prudentiam Exemplis doceri optimè, & res ipsa loquitur & exacti utriusque doctores consentiunt. Etsi enim præcepta, queis virtutum continentur regulæ, brevitæ suâ se commendent satis, non minus tamen difficilia sunt, quam curta. Difficilia dico, quod præscribi facilè, non observari æquè, possint, cum ad Prudentis obtinendum titulum haud sufficiat, scire quemvis, temperantiæ esse studendum, fortem, si id exigat necessitas, benignum & liberalem, si id patiatur fortuna, ostendi debere animum, justum & pium



pium regimen comitem habere felicitatem, & id genus alia, sed agere expeditè, quæ nos omnes putamus nosse, proprium Prudentis opus est, qui præter Ethicorum ac Politicorum maximas rei cuiusvis circumstantias æstimat districtè, atque sic demum suum promit iudicium. Quid verò ad hoc negotium historiis imbuisse animum conducat, ex eo manifestum est, quod exempla experimenta doceant, & vatis suppleant vices. Nihil enim sub sole omninò novum evenit hodiè, quin potius in rebus humanis secula ac personæ intereunt, causæ & eventa eadè recurrunt, illa qui ignorat, etsi Aristotelis doctrinam ad unguem teneat, *semper puer* est, quod de Græcis Ægyptius ille sacerdos apud Platonē iudiciū fert, qui novit, antevertit canæ senectæ magisterium, dū *nunquam puerū* se esse factis edocet. In-

A 3 telle



tellexit id probè FRIDERICUSSA-
PIENS, Gloriosæ memoriæ, quare E-
pitomen Historiarum postulavit ex-
arari sibi, in qua series omnium tem-
porum & Monarchiarum extaret de-
scripta, atque ad eandem in gravissi-
mis deliberationibus, tanquam pru-
dentiaæ promptuarium, provocare
solitus est. Neque aliter JOHAN-
NES GEORGIUS I. Beatissimæ re-
cordationis, erat persuasus, quando
ante biennium ferè Historias in hoc
Inclyto Lyceo profirendi munus mi-
hi extra ordinem gratiosè comisit, ne
scilicet Professoris ordinarii, cele-
berrimi Franckenbergeri, *Præceptoris o-
lim mei, nunc Collegæ & Fautoris optimi,*
adversa valetudo, cum qua conflicta-
batur tunc temporis, remoraretur
eos, qui in Serenitatis Suxæ Acade-
mia humanioribus incumbunt lite-
ris. Postquam itaque ante annum
Chronologicum edidi Breviarium, à
tem-



temporum doctrina Studium Histórico-
ricum auspiciatus ob id, quod illa hu-
jus alter sit oculus; exhibeo, in præ-
senti, rogatus ab Antiquitatum Scruta-
toribus quibusdam, egregium de
IV. Summis Imperiis Sleidani libellū,
revisum denuò, & continuatione ad
nostra usque tempora, ad auctum, quo
præstò sit index earum rerum, quas o-
lim gestas esse, in vastis legimus Anna-
libus.

Cæterum quod ILLUSTRINO-
MINI TUO, DOMINE GRA-
TIOSE, hosce à Scholastico pulve-
re concretos globulos offerre audeã,
ad id Summã Tuã & decantatissimã
Benevolentiam adductus sum, quam
uti aliis non denegasti hæctenus cer-
tissimus nempe illorum, qui literis se
abdunt, Patronus, ita ego quoq; ean-
dem mihi polliceor, simul ac, hoc u-
sus Prodromo, reverenter imploro.
DEUS TE SERVET DIUTISSI-

A 4 ME

ME INCOLUMEM ET FLO-
RENTEM! Ita precatus Scrib. Wit-
tebergæ Calend. Maji Anno Christi
M DC LVIII.

PERILLUSTRIS GENE-
ROSITATIS TUÆ

observantissimus

Devotissimusque

ÆGIDIUS STRAUCH,
S.S. Theol. D. P. P.

REI-